



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ad annum Christi 1563

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118618

§. 79. Moronus, & Navagerus in Synodi Legatos nominati.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66653](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66653)

ponerent, ac proin certa prosperi, glorioſique exitus ſpes Concilio inde affulgeret: idcirco Nuntium ad Cæſarem ablegantes eundem hortabantur, ut ad id Pontificem precibus ſuis ſtimularet, dein autem ceteros quoque Oratores, ut & ipſi concurrerent, precabantur.

§. LXXIX.

Moronus, & Navagerus in Synodi Legatos nominati.

Verum jam ſeptima ejusdem Menſis Martii die ſummus Pontifex impoſuit fortunatas ejusmodi preces veritus clam habito Patrum Senatu Joannem Moronum, & Bernardum Navagerum ambo Cardinales in Synodi Legatos præſentibus omnibus Purpuratis creabat: ad horum vero electionem præcipue impellebatur, eo quod ambo hi Cardinales prudentia, rerumque experientia præ ceteris eminent, atque aliunde ſuum erga ſacram Sedem ſtudioſum teſtatum reddidiſſent. Referunt nonnulli, quod eo tempore, quo Pontifex e cubili ſuo ad hanc electionem proceſſerat, quamvis ſuum propoſitum nemini ma- niſtaſſet, Burdeſius tamen Cardinalis rem ſubodoratus de hac re ſermonem inſtituerit, ac Lotharingium Cardina- lem eligendum propoſuerit: cum vero Papa hunc ipſum præ ceteris timeret, eo quod

Sæc. XVI.
A.C. 1563.

Pallav. n. 4.

& 5.

*Sarpus l. 7.
pag. 660.*

*Mem. pour
le Conc. de*

*Trente lett.
de l'Isle au*

*Roy 8. Mar.
pag. 401.*

*Spond. hoc
ann. n. 10.*

*Rayn. ibid.
nam. 6.*

Sæcul. XVI.
A. C. 1563.

eo quod natione Gallus esset, morum-
que emendationem in Capite, & mem-
bris postularet (*) hinc paucis respon-
dit Pontifex: „Lotharingius in Synodo
„factionis cujusdam principem agit;
„convenit autem, ut ad Concilium mit-
„tantur Viri a privato affectu, & pat-
„tium studio alieni.„ Ad hæc Bur-
desius responsum parabat: verum Papa
citatori pede per scalas adeo prompte
descendit, ut Cardinalis respondere
prohiberetur.

§. LXXX.

*Ofius Legatus petita abeundi venia in
Poloniam ad suam Diæcesin
reversurus.*

*Pallav. l. 20.
c. 6. n. 6.
Sarp. p. 657.
Viscont. lett.
1. tom. 1.
pag. 121.*

Pridie, quam hæc electio fieret, Ofius
Legatus per literas certior fiebat,
quod hæresis per Varmiensem Diæcesin
in Polonia altiores radices ageret, qua-
propter per Vicecomitem Pontifici pro-
poluit,

(*) Sane nec timenda erat ea emendatio,
quam Lotharingius petebat, utpote omnibus
suspecta, ac a plerisque rejecta: veram autem
reformationem sane hic Pontifex non timebat,
qui ipse eam Romæ jam inchoavit, & fin-
cere, atque ardentur desiderabat. Ast nempe
hoc nomen *Reformatio in Capite, & membris*
est prætextus ad omnes Papam vexandi oc-
casiones accommodus. Vide §. LXXXI.